



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vigesimanona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. IIII. Distinctio. XXIX.

addito iuramento non est certior quam consensus de presenti conditionatus conditionibus praesentibus, vel posteris, vel futuris de necessario, immo consensus sic conditionatus est certior, sicut certior est exhibitus rei quia eius promissio quantumcumque vallata iuramento: per consensum enim de praesente predictis modis conditionatum sit actualis exhibitus rei, per sponsalia autem iuramento facta non sit, nisi promissio: quia iuramentum cum adhibetur ad confirmationem dictorum illius tantum confirmatur, quod in dictis significatur, nec significatum mutat. Et ideo cum verba de futuro, ex sua significacione habeant quod non facient matrimonium, sed solum sponsionem matrimonii, ideo iuramentum adueniens solum confirmat sponsalia, sed non transfert ea in matrimonium.

Sententia huius distinctionis. X X I X .
in generali & speciali.

OPorter autem. Superius determinauit Magister de causa efficiente matrimonii: hic determinat de cause sufficientibus impedimentis ne consensus matrimonium facere possit. Et dividitur in duas. Primo determinat de impedimento coactionis. Secundo de impedimento erroris. Secunda ibi, dist. 3o, nec solum. Prima est praesentis actionis, & diuiditur in tres. Primo ostendit quomodo coactione impedit matrimonium. Secundum ostendit quod post coactionem si liber consensus aduenire, matrimonium verum est. Tertio ostendit qualiter intelligendum sit quod aliquis dicatur consentire. Secunda ibi, Veruntamen qui inuiti. Tertia ibi, consentire autem probatur.

2 IN speciali si procedit dicens: quod consensus per coactionem extortus non facit matrimonium, quia nec consensus appellari debet, quod autoritatis confirmat. Postea dicit quod post talem coactionem si sequens consensus interuenierit, vixit si simul cohabitent & contra matrimonium non reclament, prior coactio matrimonio non nocet. Ultimum dicit quod ille dicitur consentire qui manifeste & evidentiter non contradicit, & talis tacitus consensus non solum matrimonium, sed etiam sponsalia prius facta confirmat.

QUESTIONES PRIMA.

Vtrum consensus possit esse coactus: vel vtrum voluntas possit cogi ad consensum vel
ad quemcumque alium actum.

In 2. d. 25. q. 3.

Circa distinctionem istam primo queritur, vtrum consensus possit esse coactus: vel generalius, vtrum voluntas possit cogi ad consensum vel ad quemcumque alium actum. Et videatur quid sic: quia intellectus videtur esse nobilior voluntate, sed intellectus potest cogi per deum: distinctionem ad consentiendum aliqui concludunt, ergo & voluntas potest cogi ad consentiendum aliqui sibi proposto.

2 Item violentum seu coactum opponitur naturali & voluntario (vt patet ex. 3. Ethic.) Ex quo sic arguitur: quod duo motus sunt contraria: si unus est naturalis alter est violentus, vt parat in motu lapidis sursum & deorsum, ergo similiiter in contraria actionibus voluntatis si unus est voluntarius, contrarius est violentus, sed voluntas successiva habet actus contrarios (quandoque enim volumus frigescere quandoque calere) cum ergo constet unum esse voluntarium, relinquatur quod reliquo sit voluntarius.

Item omne triste videtur esse violentum (tristitia enim est de his quae nobis noletibus accidunt) sed multa voluntas cum tristitia, ergo violenter.

4 IN contrarium arguitur: quia quod maximè liberum est non potest cogi, sed voluntas maximè libera est, ergo non potest cogi.

5 R E S P O N S I O . Distinguendum est primo secundum terminos questionis de coactione, & de actibus voluntariis, deinde descendetur ad solutionem questionis. Quantum ad primum aduerendum est quod duplex est actus voluntatis, unus ab ea immediatè elicitus, vt velle & nolle; aliis imperatus ab ea, vt sunt actus omnium potentiarum quae subiiciuntur imperio voluntatis, vt percuteare,

Quæstio I.

378
currere, & sic de similibus. Similiter duplex est coactio, vna dicta simplex, cum aliud mouetur in contraria fure inclinationis, vel impeditur ab ea; sicut dum lapis mouetur sursum vel impeditur ne descendat deorsum, & hoc potest dici compulso. Alia est coactio secundum quid quae potest dici impulsio, que magis est quedam inducione quam coactio ut postea magis patet.

6 Loquendo ergo primo de coactione simpliciter & de actu à voluntate imperato, dicendum quod voluntas potest cogi. Cuius ratio est, quia omnis potentia cuius actus est in materia subiecta contrariati potest impediiri vel impelli in contrarium per potentiam fortioris virtutis, sed aliqui actus imperati à voluntate sunt in materia subiecta contrariati, quia in materia corporali infestate (ve currere, percutere) ergo possunt impediiri, & contrarium fieri per prædominium maioris virtutis: & hoc patet ad sentium, volens enim ire aliquid, potest impediiri, ne vadat & trahi in oppositum, & hoc est coactio simpliciter.

7 Loquendo autem de actu à voluntate elicito an ad eum positum voluntas simpliciter cogi, cum coactio accipitur, ut dictum est, pro impedimento actu & pro impulsione in contrarium, posse videri alicuius voluntas posset cogi quo ad actum eliciti, accipiendo coactione pro impedimento actu. Cuius ratio est, quia illud quod potest impediire actu cognitionis potest impediire actu voluntatis, sed multa sunt quae possunt impediire actu cognitionis, vt somnus, & aliqua infirmitates, ergo possunt impediire actu voluntatis. Et hoc modo, ut videtur, poterit cogi voluntas, & sic dictum fuit lib. 2. d. 25. qu. 3. q. liberum arbitrium seu voluntas potest cogi, accipiendo coactione largè pro impedimento actu. Sed accipiendo strictè & propriè coactione non est dicendum quod voluntas cogatur propriè illo modo, quia impedimenti actu nunquam includit violentiam vel coactionem nisi maneat inclinatio rei ad actu: non enim diceretur lapis violentari si prohiberetur moueri deorsum nisi in eo maneret inclinatio ad talen motu, ergo similiter non potest cogi voluntas quæ tuncung impediatur ab actu volendi nisi in ipsa maneat inclinatio ad actu volendi. Cum ergo per somnum vel per quacumque infirmitatem quæ impedit actu cognoscendi, & per consequē actu volendi tollatur inclinatio ad voluntandum (nulla enim tunc manet in voluntate, nec naturalis, quia nulla talis est respectu illorum ad quæ voluntas est libera, nec voluntaria, quia illa non est nisi velle quod totaliter est sublatum) patet quod voluntas impedit non potest ab actu volendi, sed idem non debet dici cogi.

8 Accipiendo autem coactionem pro compulso in contrarium, dicendum est quod voluntas nullo modo potest cogi quo ad actu illiciti: quod patet tripliciter. Primo sic: illud quod est tale per essentiam non potest aliquo modo participare conditionem oppositam, sed omne velle est voluntarium per essentiam, ergo nullum velle potest aliquo modo esse violentum, quod est conditio opposita voluntario. Maior patet: licet enim subiecti quod nunc est sub uno oppositorum possit esse sub alio (quia nullum conuenit ei per essentiam) tamen unum oppositorum nunquam potest esse aliud nec simile, nec successivum, sicut albedo non potest esse nigredo, aur nigra, licet id subiectum quandoque sit albo quandoque nigrum. Minor probatur, scilicet quod velle sit voluntarium per essentiam: quia illud est tale per essentiam, quod est primo tale, & ratio eius omnia alia dicuntur talia per participationem, sed velle est voluntarium primo, nec est aliud voluntarium prius ipso, omnia etiam alia quæ voluntaria dicuntur, eo ipso voluntaria dicuntur, & actus volendi cadit super ipsa, ergo velle est voluntarium per essentiam, ideo nullo modo potest ei copere quod sit violentum, cum violentum opponatur voluntario sicut naturali, vt patet. 3. Ethicorum.

9 Secundum patet id sic: omne illud quod potest cogi habet inclinationem determinatam & determinatum modum, vt lapis determinat inclinatur deorsum & determinato modo, scilicet secundum modum suæ gravitatis, si enim neutrum eorum haberet cogi non posset. Quod patet: materia enim prima, quia indifferenter se habet ad omnem formam quantum est de se, ideo nulla generatio est violenta, vel innaturalis quantitate est de se ex parte materie absoluta, sed si qua generatio vel corruptio dicatur inna-

AAA 3 turialis

Magistri Durandi de
turalis vel violentia, hoc est ratione dispositionē determinatū naturam ad aliquam formam. A simili, si lapis habet aequalē inclinationem ad omnem locum & ad omnem modum motus, impossibile esset quod violentia retur ad aliquem locum vel motum, sed voluntas non habet determinatā inclinationē ad aliquod volitum tantum, nec ad aliū quē modū, sed est indeterminata ad omne illud quod potest sibi ostendī per intellectū sub ratione boni, ergo voluntas non potest cogi ad velle respectu cuiuscunq̄e obiecti.

10 Tertio pater idem sic: sicut se habet in naturalibus inclinatio naturalis ad motum sequentē, sic in voluntariis velle se habet ad actū imperatum sequentem (sicut enim inclinatio lapidis est per gravitatem & hāc inclinationem sequitur motus, sic velle non est nisi inclinatio volens quae debetur ei ratione voluntatis secundū formam apprehensam, quam inclinationis sequitur motus vel actus imperatus) sed res naturalis licet posset cogi ne mouetur vel vt mouetur in contrariū suę inclinationis, ramen nō potest cogi ne inclinetur vel vt inclinetur in contrarium manente natura eius: non enim potest fieri vt natura lapidis non inclinetur deorsum, vel vt inclinetur sursum manente gravitate lapidis, ergo similiter licet voluntas posset cogi quo ad actū imperatum vt non fiat, vel vt fiat contrarium eius quod est solitū, tamen nō potest cogi quo ad velle quod est eius inclinatio vt aliquod velle sit coactum: sic igitur patet quod voluntas nō potest cogi accipiendo coactionem simpliciter quae dicitur compulsionis.

11 Accipiendo autem coactionem non simpliciter, sed secundum quid pro aliqua impulsione, si voluntas potest cogi etiam quo ad velle. Cuius ratio est, quia nō vult aliquid simpliciter & abfolūte, si velit illud, ex solo timore aliquo modo cogitur vel impellitur ad volendum: sicut enim amor boni attrahit, sic timor mali impellit, sed multa sunt que nullus fecundis & abfolūte veller, sicut pro iūcere merces in mare, quod tamē volumus timore maioris mali, ne tota nauis submergatur, etiam volumus absolucionem membra ne totum corpus corrumptatur, ergo tale velle est aliquo modo coactum non simpliciter, immagis est voluntarium, sed secundum quid quasi aliquo modo impulsum.

12 AD primum arg. dicendum quod de p̄mēnētia voluntatis ad intellectū & conuerso sunt variae opiniones. Quidam enim dicunt quod voluntas est nobilior intellectū, & secundum hoc argumentum non procedit: posito tamē quod intellectus sit nobilior voluntate, dicendum ad minorem quod intellectus nunquam cogitur secundum actū suum qui est intelligere, quia illud cogitur contra cuius inclinationem sit aliquid, sed nullum intelligere est contra inclinationem intellectus, ergo respectu intelligere intellectus nunquam cogitur. Maior patet de se. Sed minor probatur: quia si aliquod intelligere esset contra inclinationem naturale intellectus, aut esset contra naturalem inclinationem, aut contra voluntariā que sequitur cognitionem: non contra naturalem, quia secundum illam omnes homines naturaliter scire desiderant. Si contra voluntariam cū illa nō sit intellectus, sed voluntas, sequitur quod intellectus non cogitur, sed potius voluntas cui placebat vel quod imperabat oppositum assensum. & idem dicendum est de actū elicito à quacunq̄ potenti cognoscitua, quia respectu eius nunquam poterit cogitur cū sit eius perfecitio ad quam potentia natura: liter inclinatur, licet ad eum posset necessitari, sed cogitur voluntas vel appetitus sensitius contra cuius inclinationem potest esse aliquis actus exterior coactus.

13 Ad secundum dicendum quod illud veritatem habet, quando inclinatio rei est ad unum determinatum & secundum determinatum modum, sicut est inclinatio lapidis deorsum, & quia inclinatio voluntatis non est determinata ad aliquod volitum, sed est indeterminata ad omnē illud quod sibi ostendī potest per intellectum, idcirco cogi non potest.

14 Ad tertium dicitur quod non omne triste est violentum simpliciter, sed sufficit quod sit violentum secundum quid per impulsione mētē est ex timore maioris mali, sicut est velle proficere merces in mare timore mortis, & hanc coactionem possumus in voluntate respectu actus

Sancto Porciiano

eliciti: actus autē exterior potest simpliciter esse coactus, qui etiam inducit tristitiam in actū à voluntate elicito, quatenus est contra eius naturalem inclinationem: est enim tristitia de his quae nobis nolentibus accidenti vel simpliciter vel secundum quid.

Q V E S T I O S E C U N D A.
Vtrum consensus coactus sufficiat ad matrimoniū contrahendum,

Tho.3.d.39.q.2.

Secundū queritur vtrum cōsensus coactus sufficiat ad matrimonium contrahendum. Et videtur quod sic: quia voluntas non potest cogi coactione sufficiens, sed inducente: sed sicut induxit quis per minas ita per blanditiās, induxit autem per blanditiās non excludit matrimonium, ergo nec induxit per minas.

2 Item secundum Aug. coacta voluntas est voluntas, & secundum Philos., Ethi. voluntarium misum plus habet de voluntario quād de intoluntario. Cū ergo non posset esse coactio in voluntate, nisi per modum voluntariae misi, videtur quod consensus coactus magis debeat iū dicari consensus voluntarius quād involuntarius, ergo magis debet facere matrimonium quād impeditum.

3 IN contrarium est quod dicitur extra de sponsaliis, &c. cum locum, vbi dicitur, quod cūdū consensus locum non habeat vbi coactio intercidit, necesse est ut vbi cōsensus communis requiratur, omnis coactionis materia repellatur.

4 R E S P O N S I O. Advertendum est, quod cūdū in consensu nō cadat coactio simpliciter, sed illa quae est per metum (vt patet ex p̄cedenti questione) distinguendū est de metu. Est enim quidam qui cadit in constantem virum, & alius qui non cadit. Quod patet sic: In metuē de enim constans ab inconstante differunt quo ad duo. Primo quād ad qualitatē periculi quod timet, quia constans vel virtuosus sequitur rectā rationē per quam scit quid & pro quo sit faciendum vel dimittendum, quia minus malum vel magis bonum semper est eligendum. Et ideo constans ad minus malum sustinendum cogit metu maiori mali, non autem cogitatur ad minus malum, vt viter minus: sed inconstans cogitatur ad minus malum propter minoris mali metum, sicut ad peccādūm propriet metum corporalis p̄sonæ. Secundū differunt quantum ad estimationē periculi imminentis, quia constans non cogitur, nisi ex forti estimatione & probabilitate inconstans autem ex leui. Ex quo patet quod constans nunquam cogit ad committendum malum culpa propter malum p̄sonæ vitandum, cūdū malum culpa sit peius malo p̄sonæ. Sed quia inter mala p̄sonæ corporalis vnum est maius altero, ideo constans cogitatur ad sustinendum aliquā mala p̄sonæ metu maiori. Maxima autem mala p̄sonæ quae ad personam pertinent summa mors, verbera graui, dehonestas per stuprum, & feruitus: ideo timore istorum cogitatur constans ad alia mala corporalia sustinenda. Vade versus. Stuprum fuit status, verbera, arg. necis. Quanvis enim infamia sit magnum damnum, tamen ei per multis vijs occurrī potest & ideo secundum legem ciuitatiē timor infamie non constitutus illō editō, quod metus causa factum est.

5 Hoc supposito tenetur communiter, quod consensus coactus per metum qui non cadit in constantem virū fuit, fuit ad matrimonium, si autem sit metus qui cadit in constantem virum, si est duplex modus dicendi: vnu quod consensus sic coactus non sufficit ad matrimonium quo ad iudicium ecclesiæ que presumpnit cōsensum interiorem defuisse, ex quo exterior coactus affuit; sed quo ad iudicium conscientiae si consensus in exterior affuit, quantumcumque coactio exterior p̄cesserit censendum est verum matrimonium propter interiore cōsensum verbis expressum. Istud autem nō placet alii, quia (vt dicunt) ecclesia non presumit aliquem peccate, nisi per aliqua signa evidenter appareat. Si autem presumetur aliquem non consensire qui diceret se consenserit, presumetur eum mentitur fuisse & ita peccasse, quare &c. Quicquid sit de conclusione obiectio illa parum valet: quia ecclesia quandoque presumit deteriorem partem propter periculum anima,

vi no

Lib. IIII. Distinctio XXX.

ut notatur extra de presumptionibus. tale autem periculum anima maxime tenendum est circa contractum matrimonii.

Alius modus dicendi est & consensus sic coactus non sufficit ad matrimonium, non propter hoc & personam coactam presumat non consenserit, sed quia iudicat talē consensus non sufficeret ad contrahendā matrimonii. Cuius ratio pricipia est, quia consensus qui est contra naturam matrimonii non facit matrimonium, sed potius impedit: consensus autem coactus est huiusmodi, ergo &c. Probatio minoris, quia de ratione matrimonii quo ad usus naturale & diuinū est indubilitas, sed huius indubilitati opponitur consensus coactus, sed secundū iura imperata refutacionem in integrū. Sunt etiam duas aliae persuasions ad hoc: una est, quia cum matrimonio sit vinculi perpetui, obligatio ad matrimonium debet esse libertina, sed coactio impedit meram libertatem, ergo impedit matrimonium. Alia ratio est, quia matrimonii significat coniunctio nem Christi & ecclesie, sed illa est ex mera liberate: quia non copulatur ecclesia Christo per charitatem nisi liberō sens, nec naturae conformitate, nisi marie liberē conuentiente, ergo matrimonium omnino debet esse liberum.

Ad cuius ampliorem declarationē aduentendum est quod matrimonium de natura sua excepta ratione sacramēti est quidā contractus subiacens determinationi iuris naturalis & potius iuri ciuilis & canonici, & ultra hoc habet sacramenti rationem ex institutione diuinā. Et istud secundū supponit primum. Quātū ad primā ecclesiam habetius determinandi circa matrimonii sit contractus legitimus an non: sed circa secundū non habet immediate autoritatem aliquid ordinandi vel immutādī circa efficiencia matrimonii, vt est sacramentū, nisi mediante primo quia si non est legitimus contractus, non est legitimū matrimonium, nec verū sacramentum. Secundū hoc potest dici rationabiliter quod consensus coactus non sufficit ad matrimonium contrahendum, nec secundū iudicium ecclesie, nec secundū iudicium conscientie: quia ecclesia multa potest determinare circa contractus irritando vel approbando, prout ratio dicitur. Cum ergo ecclesia non repudiet consensus coactus sufficeret ad alios contrahendā, quin possint & debeant rescindi vel retractari, potest tamen rationabiliter determinare quod non sufficiat ad contractum matrimonii: consensus coactus, cum verum matrimonium separari non posse.

Si autem matrimonium secundū se totū est praeceps sacramentū solum innitens fidei (vt baptismus, confirmationē & ordo) tunc consensus quantumcumque coactus dum esset verus consensus, esset sufficiens ad matrimonium contrahendum. Quod patet dupliciter. Primo sic: Si matrimonium esset purē & praeceps sacramentū (vt baptismus, confirmationē & ordo, & cetera sacramenta que tenentur sola fide) tunc de matrimonio, vt de aliis predictis sacramentis deberet esse idem iudicium, sed intentio sufficiendi hapsitū, confirmationē vel ordinem quantumcumque coactio sufficit ad verum sacramentum, ergo consensus quantumcumque coactus sufficeret ad matrimonium. Item inconstans ita cogitur per leuem metum, sicut constans per probabilitē: neq; enim hic & ibi est differēcia in consenso coacto, sed in motu, quia virtuosus & constans non metuit ex leui estimatione, sed fortis & probabili, inconstans autem leuiter metuit: ergo matrimonium est fricti & praeceps sacramentū, vt alia sacramenta, ybi esset consensus & qualiter coactus, licet non ex ea qualia causa, deberet esse equaliter matrimonium, sed equaliter coniungitur inconstans per leuem motum, sicut virtuosus & constans per probabilem, ergo debet equaliter matrimonium consensi esse vel non, tam secundū iudicium conscientie & ecclesie, quodō consensus est coactus per inetum cadentem in constantem virum, & per metum cadentem in inconstantem virum. Quod non est verum, quia ecclesia qua rationabiliter iudicat de contractibus, non iudicat idem in his quae fiunt per metum cadentem in constantem virum: & in his quae fiunt per metum non cadentem in constantem virum & quia matrimonii ut est sacramentū supponit contractum legitimū, ideo ybi est coactio per metum cadentem in constantem virum, non est contractus legitimus matrimonii, nec verum sacramentum, ybi autem est coactio per mes-

Quæstio II.

372
tum qui non cedit in constantem virum est contractus legimus & verum sacramentum:

AD primum arg. dicendum quod non est similiter de minis & blanditiis: quia inducēcio per minas dirimit consentum, inducēcio autem per blanditiis augēt.

Ad secundum dicendum est quod licet voluntas coacta & voluntarium mistum magis sine voluntariū quam in voluntariū, ecclesia tamen talēm consensum iudicat non sufficeret ad contractum matrimonii. Et hoc quidē potest, cū matrimonio secundum se sit quidam contractus nec sit pure, nec praeceps sacramentum sicut baptifinus, ordō, vel confirmatio prout superius est expressum.

Sententia huius distinctionis. XX.
in generali & speciali.

Nec solum coactio. Superiorū determinauit Magister de impedimento coactionis, hic vero determinat de impedimento erroris. Et cum hoc sequitur illa pars in qua determinat de causa finali matrimonii, & diuiditur in tres. Primū determinat de impedimento erroris. Secundū incidenter de consensu qui fuit in matrimonio beatae Marie Virginis. Tertiū de fine matrimonii ob quā, scilicet causā matrimonium contrahitur. Secunda ibi, praemissis aliiquid addendum est. Tertia ibi, expposito quā sit causa efficiens. Prima in duas. Primo ostendit quis error impedit matrimonium. Secundū obicit in contrarium, & solvit. Secunda ibi, sed obicitur de Iacob. Secunda pars principalis in qua determinat de matrimonio beatae Marie virginis, diuiditur in duas. Primo ostendit cuiusmodi consensus fuit. Secundū ostendit quod illud matrimonium fuit perfectum ibi, inter quos, vt ait Aug. Tertia pars principalis in qua determinat de causis matrimonii, diuiditur in tres. Primo ponit causas finales matrimonii principiter & singulariter. Secundū excludit errorem. Terius ponit specialiter causas matrimonii beatae Virginis. Secunda ibi, nec est alienandum illis. Tertia ibi, habuit coniugium Mariae.

IN speciali sic procedit. Primo proponit quod error impedit matrimonium, non quidem error qualitatē, nec fortuna, sed conditionis, vt quando putatur esse liber qui seruus est: & similiter error persone quandoque impedit matrimonium, vt si quis perat hanc mulierem felicer nobilem in matrimonio, & detur ei ignobilis, & etiam si aliquis emat aurum, & detur ipsi ariachalcum non est venditio, sed deceptio. Et error personae quando putatur hic esse homo & est aliis. Error autem conditionis est quādo liber creditur, & seruus est. Error fortunæ est quando aliquis putatur esse diuines qui pauper est, vel eccl̄uerſo. Error qualitatē quādo putatur esse pulcher & est turpis, bonus & est malus. Postea obicit in contrarium de Iacob qui accusat per errorem ad Liam: & respōdet quod hoc factum est mysticē, nec fuit in matrimonio illud per errorē illum, sed per consensum qui postmodum accessit. Excusat ram Jacob de fornicatione, quia ad eam accessit vxorem suam credens esse: & sic maritali affectu eam cognovit, & ita vxori debitum reddidit vel perfoluit: sicut excusat ut accedens ad sororem vxoris, quam in lecto inueniens nesciret. Et sicut excusat angelum venerans malum credens bonum esse, & similiter conscientis opinioni illius quem creditit August, vel Ambro. etiam dicit quod non peccaret. Postea querit in quo consenserit beata Virgo? proposuerat enim se seruaram virginitatem nisi ei Deus aliter reuelaret, sed ipsum votum non expresit ore sed committens virginitatem divinae dispositioni consenserit in copulam maritalem sive in societatem coniugalem ex familiari confilio spiritus sancti: & secundum Aug. implicitē consenserit in carnalem copulam committendo se diuinae dispositioni in virag. s. virginitate & cōmissione. Postea simul cum viro labis expresit votum & vterq; in virginitate permanxit. Postea dicitur quod illud coniugium perfectum fuit sanctitate, licet non significatione: quia coniugium quod est sine copula carnali, quāvis sit perfectum quantum ad veritatem, vel sanctitatem coniugii, non ram secundum significationem, quia non ita perfecte significat coniunctionem Christi & ecclesie, sicut coniugium per carnalem copulam consummatum: & quod illud

AAA 4 con